Quelle: https://manuscripta.at/?ID=46681
Copyright: Salzburg, Universitätsbibliothek



tam. Necesse autem habebat dimittere
eis per diem festum unum. Exclamauit
autem simul uniuersa turba dicens.
Tolle hunc et dimitte nobis barra
ban. Qui erat propter seditionem
quidam factam in ciuitate et homici
dium missus in carcerem. Iterum
autem pylatus locutus est ad illos vo
lens dimittere iesum. At illi succla
mabant dicentes. Crucifige cruci
fige illum. Ille autem tertio dixit ad
eos. Quid enim mali fecit iste. Nul
lam causam mortis inuenio in eo.
Corripiam ergo illum et dimittam.
At illi instabant uocibus magnis poſ
tulantes ut crucifigeretur. Et in ua
lescebant uoces eorum. Et pylatus
adiudicauit petitionem eorum fieri
Dum fit autem illis qui propter hoi
cidium et seditionem missus fuerat
in carcerem quem petebant. iesu
uero tradidit uoluntati eorum. Et
cum ducerent eum apprehenderunt
symonem quendam cyrenensem
uenientem de uilla. et imposuerunt
illi crucem portare post iesum. Se
quebatur autem eum multa turba
populi et mulierum que plange
bant et lamentabantur eum. Con
uersus autem ad illas iesus dixit fi
lie ierusalem nolite flere super me
sed super nos ipsas flete et super filios
uestros. Quoniam ecce uenient die
bus quibus dicetur. Beate steriles et
uentres qui non genuerunt et ubera
que non lactauerunt. Tunc incipient di
cere montibus cadite super nos et col
libus cooperite nos. Quia si in uiridi
ligno hoc faciunt in arido quid fiet
Ducebantur autem et alii duo nequa
cum eo ut interficerentur. Et postq
uenerunt in locum qui uocatur cal
uarie ibi crucifixerunt eum et latro
nes unum a dextris et alterum a si
nistris. Iesus autem dicebat. Pater
dimitte illis non enim sciunt quid fa
ciunt. Diuidentes uero uestimenta
eius miserunt sortes et stabat plebs
exspectans. Et deridebant illum
principes cum eis dicentes. Alios
saluos fecit se saluum faciat si est
hic xpius dei electus. Illudebant at
ei et milites accedentes et acetum
offerebant illi dicentes. Si tu es
rex iudeorum saluum te fac. Erat
autem et superscriptio scripta super illum
literis grecis et latinis et hebraicis
hic est rex iudeorum. Unus autem de
his qui pendebant latrombus blas
phemabat eum dicens. Si tu es x
saluum fac temet ipsum et nos. Res
pondens autem alter increpabat eum
dicens. Neque tu times deum quia in
eadem dampnatione es. Et nos
quidem iuste iam digna factis re
cipimus hic uero nichil mali gesſ
sit. Et dicebat ad iesum. Domi
ne memento mei cum ueneris in regnu
tuum. Et dixit illi iesus. Amen
dico tibi hodie mecum eris in pa
diso. Erat autem fere hora sexta. Et
tenebre facte sunt in uniuersa terra
usque in horam nonam. et obscurat
est sol. et uelum templi scissum e
medium. Et exclamans uoce ma
gna iesus ait. Pater in manus